Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



272.

et quærit tryphon et abiit
in terram suam. Et misit simon
et accepit ossa ionathe fratris
sui. et sepeliuit in modin
ciuitate patrum suorum. Et planxe-
runt eum omnis israel planctu
magno. et luxerunt eum di-
es multos. Et ædificauit si-
mon super sepulchrum patris
sui. et fratrum suorum. ædificauit
altum visu lapide polito ex
tro et ante. Et statuit vii
piramidas una contra una
patrem et matrem. et iiii fratres
et hijs compositis columnas
magnas. et super columnas
arma ad memoriam æternam
et iuxta arma naues sculp-
tas que videntur ab omnibus
nauigantibus mare. Hoc est
sepulchrum quod fecit in modin
usque in hunc diem. Tryphon
autem cum iter faceret cum anti-
ocho rege adolescente do-
lo occidit eum. et regnauit
loco eius. et imposuit sibi
diadema asie. et fecit pla-
gam magnam in terra. Et æ-
dificauit simon ciuitates munitas
circumdans eas turribus ex ce-
dris et muris magnis. et
portis et seris. et posuit
alimenta in munitionibus. Et e-
legit simon viros. et mi-
sit ad demetrium regem. vt
faceret remissionem regionis
quia omnia acta tryphonis per
iniquitatem fuerant gesta. Et
demetrius rex ad verba
ista rescripsit et scripsit epistolam
talem. Rex demetrius si-
moni summo sacerdoti et ami-
co regum et senioribus et ge-
ti iudeorum salutem. Coronam
auream et bene quam misistis
suscepimus et pacti sumus
facere vobiscum pacem magnam
et scribere principibus regis ut
mittant vobis quæ in dedimus
Insuper et confirmamus vo-
bis omnia munimenta quæ
ædificata sunt vobis. Re-
mittimus quoque ignorantias
et peccata usque in hodiernum
diem. et coronam quam debe-
batis et quicquid erat aliud
tributum reddimus. Nam no-
stri tributarii. Et si qui ex vo-
bis apti sunt ascribi inter
meos. et sit inter nos pax.
Anno centesimo septuagesimo
ablatum est iugum gentium ab
israel. Et cepit populus israel scri-
bere in tabulis. et pactis pu-
blicis. anno primo sub simo-
ne summo sacerdote magno
duce et principe iudeorum. In
illis diebus simon applicuit
ad gazam. et circumdedit eam
castris. et fecit machinas
et applicuit ad ciuitatem. et
percussit turrim vnam et oppug-
nabat eam. et qui erupant ea
erant in turri machinas et ci-
uitatem. Et factus est motus
magnus in ciuitate. Et aspen-
dentes qui erant in ciuitate
cum vxoribus et filiis suis muros
scissis tunicis suis. et clama-
uerunt voce magna postu-
lantes a simone dextram sibi
dari et dixerunt. Ne nobis
reddas secundum malitias nostras
sed secundum misericordias tuas. Et flex-
us simon non debellauit
eos et eiecit eos de ci-
uitate. et emundauit ædes
in quibus fuerant simulachra